

1142 Timorem Dei pre oculis habentes secum reman- cf. Psal. 13, 34-35, 2
 erant, ad dominum Conradum et ad dominum
 Bratis²laum nuntios mittit precipiens, qui eos
 moneant, quatinus terras, quas ab eo habent,
 fidei ei sub iuramento promissae memores in
 pace teneant nec illorum exilium pravo consilio
 acquiescant. Dominum autem Henricum, Mo-
 ravensem episcopum, in quo plurimum eius
 pendebat consilium, at Ottonem, principem
 Olomucensis provincie, mittit, cuius consilio
 patrium ~~eius~~ ei principatum reddiderat, et
 eum monet et fraternaliter rogat, quod tante gratie
 eius non sit in memor, quod nullo eius pre-
 veniente merito, sed sola eius gratia ducem sancti
 ducatus eum constituit et quod consilio domni
 Conradi et eorum, qui ad eum de Boemia con-
 ferant, ~~no~~ nullo modo acquiescat, sed pro honore
 eius armis et vita stando secundum quod debet
 set fideliter. Quod si facere velit, ei promittit,
 quod, quamdiu vivit, pro honore suo stando
 gladius suus, si opus esset, ei non deerit. Ipse
 autem sancti presulis, sancti patris et aliorum
 prudentium virorum spreto consilio more

exilium Vol.